



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

175. An infirmus possit mandare in testamento, ut post ejus mortem
hæres, seu executor sumat pro Bullam Compositionis? Et notatur primò
Bullam compositionis non prodesse his, qui prava ejus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

pauperibus illius villæ, aut in alios usus ciuitatis ex-pendere, secundum arbitrium Episcopi, vel eorum ad quos cura illius ciuitatis spectat, in qua disiunctiva propositione, ut recte adiurit Petrus Navarra de re-stat, lib. 4. cap. 2. num. 65. utramque opinionem pro-base videtur; igitur cum ex D. Thom. in tali casu, cuius ratio militat etiam in nostro, restitutio possit fieri pauperibus, erit locus Bullæ compositionis, nam ut obseruat Agidius Trullench in expositi. Bullæ Cruciate, lib. 2. dub. 4. num. 4. & alij quotiescumque aliqua ex obligatione restitutio sedunt pauperibus, potest fieri compositio; & ita hanc sententiam in terminis casus, de quo loquitur, tenet Valsquez in opus. de restitu. cap. 5. §. 4. num. 47. & Lopez in instruc. part. 1. cap. 137. Sed ego, ut dixi, in praxi non recederem a negatiua sententia, quam supra sa-tis firmavi, & in specie contra opinionem D. Thom. adest Caetanus in 2. 2. questione 61. articulo 5. ad 3. vbi mordicus tenet restitutio ex praedicta ciuitate non esse dannam, nec pauperibus, nec aedificanda Mon-astraria cum extensum damnum passi, & contra Valsquez adiungit omnes Doctores Societatis I & S. & alij; vel dici potest quod ipse loquitur in casu, quo restitutio esset facienda simpliciter ciuitati, que dannum mi-nime passa est, & non quando restitutio praebetur ciuitati, vt ipsa modo, quo supra dictum est ad ipsos cives restituam pecuniam peruenire faciat qui dannum passi sunt, vel loquitur quando, ut obser-uat Malderus de iust. tract. 4. cap. 4. dub. 2. pecunia restituenda esset tam exigua; vt parum admodum ex ea ad singulos dominios partita veniret, quod non acci-dit in casu nostro, in quo summa restituenda ascendi-ad vincias 800.

RESOL. CLXXXIII.

An qui se sit vendidisse viuum &c. in tali loco vel misum aqua vel cum falsa mensura, ignorat tamen dannifica-tors, possit sumere Bullam compositionis? Idem dicend. in sif de Macellariis, Cauponibus, Pisto-ribus, &c. Ex parte 4. tractatu 4. & Miscellan. Ref. 113.

Pro conten-tis in hac Ref. latè in Ref. praec-te-rita.

§. 1. Negatiua sententiam teneret Villalobos in Summa, tom. 1. tractatu 29. num. 30. vbi sic ait: [La duda es si sabiendo el lugar donde se vendio, aunque no se sepan determinadamente las per-sonas ha lugar la composicion, como se vn tauer-neo vendio en vn lugar con falsa media o en otra maniera mas, quanto mes de vino en lo qual sabe que tiene mal llevado tanto dinero, aunque no sabe en particular quanto à este o a quel, en tal caso es mi parecer que no ha lugar la composicion, como no lo ha quando se duda entre dos a quien se deue que se ha de reparar pro qualitate dubij, y si este tauer-neo ha de restituir o dandolo para gastos communes del consejo, o dando el vino mas barato por otro tanto tiempo.] Ita ille.

2. Sed contraria sententiam docet nouissimè Agidius de Trullench in expositi. Bullæ Cruciate, lib. 3. cap. 18. num. 2. quia in tali casu potest fieri restitutio pauperibus; ergo compotitio habet locum. Igitur ta-bernarij, macellarij, caupones, pistores, &c. qui falsis ponderibus, vel mensuris ab emporibus aliquid plus iusto acceperunt, & ignorant a quibus acceperint, poterunt per Bullam, aut Commissarium compoti, quod intelligendum est, ut supradictas fraudes prava posita, confidencia huius Bullæ, non commiserint. Sed de hac questione alibi fusiū dictum est, ad quem locum me refero.

Alibi fusiū in Ref. que hic est ante-cedens.

RESOL. CLXXIV.

An facta compositione bonorum incertorum per Bullam, comparente vero Domino teneatur, qui se compotit ad restitu.?

Et an Episcopus possit concedere supradictam Bullam compositionis pro sua rataum Diaconis? Ex p. 4 tr. 4. & Misc. Ref. 112.

§. 1. A Firmauti respondebat. Villalobos in summa, tom. 1. tract. 19. num. 9. vbi docet adesse in tali casu obligationem restituendi. [antes de la sentencia las cosas que estan alteradas, y se le consumieron, se ha de restituir a quello en que factus est locupletatio bona fide despues de hecho la composicion, la razou es porque ni el Papa intiendo, ni deua con-sentir que perciendo el verdadero señor no vultele obligacion a bolvereclonii queda priuado el señor del domino de la cosa de fuerte que pareciendo no se le deua bolver en si misma, o su equivalente.] Ita illa, qui citat Caetanum, Sotum & Lopez, quibus addi Rodriguez in Bulla compotit, dub. 6.

2. Sed mihi negatiua sententia magis place, quam tueretur Bannez in 2. 2. questione 16. articulo 1. dub. 8. Henriquez lib. 7. cap. 34. num. 6. Acolta in Bulla Cruciate, quest. 93. & Trullench in expositi. Bullæ lib. 3. dub. 4. num. 8. quia haec compotit aequat prescriptioni, sed qui legitimè prescripti; poterit domino comparendo non tenetur restituere, vt impleri Villalobos concedit. Ergo neque qui legitimè feci compotit; sicut enim Respublica haber faculatem do-minia transferendi media prescriptione, & ita Papa media compositione, quia ipse est administrator bonorum temporalium in quantum concernunt bonum spirituali. Vide etiam alias rationes penes dictum Trul. vbi sapit.

3. Notandum est etiam hic obiter contra Sylvester, Cordubam & Rodriguez posse Episcopum concedere Bullam compositionis pro sua tandem dia-conis. Ita Villalobos loco citato, num. 11. Trullench dubit. 1. num. 3. Henriquez lib. 7. cap. 33. num. 4. quia nec iure naturali, nec humano probatur id ele-re seruatum Papæ, iuste enim credi potest voluntate creditorum esse, vt Episcopus consulat conscientia subditorum incerta debentum, nec valet dicere non esse id positum in consuetudine, quia forte id ex eo prouinciat, nam Pontifex concedit Bullam Compositionis, quia sufficienter prouiderit in hac re conscientis fidelium.

RESOL. CLXXV.

An infirmus possit mandare in testamento, ut post mor-tem hares, seu executor sumat pro illo Bullam Compo-sitionis?

Et notatur primo Bullam Compositionis non prode-bit, quia parva eius confidencia bona aliena illicit a-quistatur.

Secundo queritur, quod si creditor ita absens est, ut nequeas illi debitum per solvere, neque speras brevi-tem pore posse, ob eius causa excusari a restitu. fa-cienda, in isto casu an locus Compositionis sit? Tertio docetur magnam controversiam esse, an si bona qua-tibi in hac Compositione remissa sunt, existent in specie, vel aequaliter, quatenus eorum occasione dicti fa-ti. Eluctus, cum creditor comparat, neque prescriptione tu-teri potest, tenearis ea a creditori reddere? Ex part. 11. tract. 8. & Misc. 8. Ref. 11.

§. 1. Calam.

De Bulla Cruciatæ Ref. CLXXVI. 139

1. Causum video sèpius practicari, & ad illum negatius respondet Andreas Mendo in *Bull. Crucis* disp. 33. cap. 5. numero 50. vbi sic ait; Defunctus, post ante mortem suo hæredi, aut testamentatio mandare, ut Bullas compositionis sumat pro sua exoneranda conscientia circa aliquam quantitatatem, quam dominus debet incertis, tenuerit Partes Henriquez, & Trullench ubi supra, sentio in ordine ad effectum relierem se habere, ac si id præstaret es, qui obitumnam declarare valeret, se hanc, aut illam quantitatem debere, mandareque hæredi, ad quem sua bona sunt peruenientia, ut eam restituat operibus suis, aut componat nomine proprio per Bullas, aut cum commissario; sic enim sua conscientia satisfacit moribundus, cui non vacat locus, aut facultas id immediatè per se præstans, sicut in sententia prædictorum satisfacit, mandamus, Bullas compositionis accipit: & hæres aliam magis gravatur, si suò nomine, ac si nomine defunctoris bullas accipiat: nec magis timeri, aut sperari de eo potest, quod id suò nomine, quam nomine alterius praeficit, cum idem sine utroque sumptus, & ad utrumque possit per testamentarium compelli. At formaliter loquendo, iudico, non posse defunctum, antquam obeat, mandare, ut post suum obitum, nomine ipsius, Bullæ compositionis accipiantur. Mox eadem ratione, qua *disput. 4. cap. 5.* assertum, Bullam communem vitiorum, defuncto qui ea cauerit, non prodest, si pro eo sumatur, ad ultimum effectum, nempe ut absoluatur ab excommunicatione, aue tempore interdicti in loco Sacro sepelire; indidem recolatur, nam in presenti pari militare efficacia, ut cuncte perpendent, erit planum. Ita Mendo.

2. Sed ego magis adhæreo sententia affirmativa, quam præter Henriquez, & alios, tenet non insuffit Anton Escobar in *Theolog. moral. tom. 1. lib. 7. fol. 1. cap. 25. num. 395.* qui ex Rodriguez firmat, quod Bulla compositionis prodest defuncto, si ipse antequam obierit, iussi suo hæredi, aut alteri, ut ibi in compositionis Bullas, pro exoneratione sua conscientia lumeret, cum lapidatum consulta-

4. Notandum est hic obliter primò, Bullam compositionis non prodest his, qui prava eius conscientia bona aliena illicite acquisierunt. Quia id expressè in Bulla vulgaris commissarius apposuit, quod tanquam conditionem omnino necessariam requirit, quam posse licet apponere, etiam si clare in Latina non habuerit, facilitate generali sibi in eadem Bulla à Pontifice concessa. Per confidentiam autem intelligo positum tantum, id est, quando Bulla compositionis est ambeduorum motuum, & finis principalis iniustæ acceptio. Unde non prohibetur compositionis, si fiducia tantum est negativa, nempe si iam decreaserit futura facere, aut ea dantius retinere, & tamen negligenter se habet ad restitutioinem ob Bullam confidentiam, & affect scrupulum, aut timorem, vel timor id præstet. Ita Escobar supra, & alii penes sicutum.

4. Notandum est, quod si creditor, ita absens est, ut non possit debitu illi persolueri, neque sperat breui tempore posse, ob cuius causam excusat à restitutio- ne facienda, eti Sotus in 4. dist. inst. 21. quest. 2. art. 4. Et lib. 4. de infit. quest. 7. art. 1. existinet compositioni locum non esse: quia absolute, & simpliciter, non est debitus incertum, sed certum, & Bulla solum remissionem debitorum incertorum concedit. At rectius aliud opussum censem, quia eo casu illud debitum humano & morali modo reputatur incertum, eo quod dominus reddi non potest; dominus enim perinde est carere debito, quia absens, vel quia debitor est ignotus, si que ex absentia, ac ignorantia excusat de-

bitor à restitutione illi facienda. Ita Castrus Palauus rom. 4. tract. 25. punct. vlt. §. 1. numero 2. & alii penes ipsum.

5. Nota tertia, esse magnam controveriam, an si bona, que tibi in hac compositione remissa sunt, existent in specie, vel aequivalenter, quatenus corum occasione dictor factus es, cum creditor compareret, neque prescriptione te tueri potes, teneatis ea creditori redire: Affirmant Cajetanus, Corduba, Rodriguez, & Villalobos: Quia non videtur rationi consonum, dominio suorum bonorum creditorem ignotum abolute spoliare. Præterquam quod haec remissio sit ex presumptione creditoris voluntate, quæ presumi non potest absoluta, sed conditionata, & limitata; dum ipse non comparuerit: id enim est ei utilius. Secusdum creditor poterit debita illa utrumque inveniatur, vendicare, eaque postulari in iudicio, & index obligatus est reddere. Quae omnia cum non nitantur fallax presumptioni, obligationem in foro conscientia probant.

6. Verum mihi constaria sententia magis placet; Dico itaque, quod licet in tali casu haec compositionis pro foro extero non prodest. Sicut enim absolutione Bullæ regulariter loquendo a peccatis, & censuris in foro exteriori non liberat, ita nec compositionis. Vnde si forte verus dominus inveniatur, & conueniat hominem illum qui se compositus Bulla, vel Commisarius (ex Bulla) beneficio: Iudee cum ad solvendum compelleret. Ante condemnationem autem tutus est in conscientia, nec se ad solutionem tenetur offere, sed sufficit ad obediendum iusta sententia esse paratum. Ita ex Henriquez docet P. Escobar ubi sup. cap. 25. n. 404. & Pater Mendo *disput. 33. cap. 3. num. 27. & 33.* qui responderet ad argumenta sup. tuis adducta.

7. Idem etiam docet Barnezi in 1. 2. *D. Thom. q. 60. art. 5. dub. 8.* Cardin. Lugo de *infistia* tom. 1. *disp. 21. sect. 7.* & Castrus Palauus tam, ar. 25. punct. vlt. §. 1. a. 7. plures rationes adducens pro haec sententia, qui potesta quærit in Bullæ compositione possit etiam pro foro extero valere? Et contra Cordubam, Rodriguez, & Villalobos putat cum Acosta, quod Commisarius potestas ad hanc remissionem, & compositionem faciendo restricta non sit pro foro conscientia, sicuti fuit restricta potestas dispensandi in impedimento affinitatis. Quia ratione diximus, potestatam dispensandi in irregularitatibus, in interdicto, &c. pro utroque foro prodest; quia non fuit sub limitatione fori interna concessa. Verum, ut haec compositione in foro extero tibi proficit, & creditorem exigentem debitum possis exceptione compositionis repellere, debes, cum compositionem, & remissionem obrienes præmittere authoritate Commisarii informationem, te non posse creditorum debitum reddere: vel quia non compareret; vel quia ita est absens, ut moraliter sit impossibile. Alias si haec compositione remissioni non præcessit; non poteris in foro exteriori aduersus creditorem tueri: quia non constat de compositionis iustitia. Ita Palauus.

RESOL. CLXXVI.

An Bulla Cruciatæ viuorum profit in aliquo casu iam mortuus? verbi gratia ad effectum nempe, et in loco sacro sepeliatur, & absolutione excommunicationis praeficitur; & consequenter suffragia Ecclesie pro ipso offerantur?

Et quid, si quis relinguat stipem prescriptam in bune fidem, ut post ipsius mortem Bulla pro anima sua sumatur? ex p. 1. tr. 8. & Milc. 8. Rcl. 13.

S. 1. **A**ffirmative responderet Henriquez lib. 7. de In- Sup. hoc in Ref. præcep-
dalg. cap. 20. num. 8. in *Glossa littera I. & Z.* rita §. 1. pro-
M. 4